

que libri extarent, in quos & pro quibus addiscendis lexica fiebant. Ergo non idem fiet hic & ibi linguarum. Ergo non equè facilis ratio componendi lexica arabica fuerit, quàm ebraica, propter dictas & additas causas. Porrò alia planè hic teneri debet methodus in collocatione radicum, qualem scilicet descripsi, naturalis illa, & quæ nunc omnibus, etiam pueris sit futura facilis. Numerandæ itaque radices, & cuique radici trilateræ suus naturalis assignandus est numerus: ita quæcunque posthâc lexica arabica ædentur, omnia beneficio numerorum contrahi possunt, quemadmodum hoc facio in fabrica illa italico-latino-arabica, ubi numeri latinis vocibus appositi notant numerum arabicæ radice, quæ id significet. Sed maxima tamen est diversitas in significationibus addendis. Cum hæc lingua sit integra, & adhuc dum hodiè florens, illæ verò ebræa, chaldæa, syriacaque pro deperditis æstimari debeant: ita ut hic possis viginti voces in locum unius illarum afferre, & ita, ut etiam multiplex sit cuiusq; significatio. Cum itaq; unaquæq; vox derivata nominalis eandem cum radice habeat significationem 1. generalem & æternam sive idealem & propriam. 2. præter hanc etiam ex secundariis illis unam, pluresque, aut omnes, quis jam non videt committi hic tautologiam, & supervacuum fieri repetitionem significationum earundem omnium, quæ jam sub radice sint semel annotatæ. Si autem velis non omnem ad quasque derivativas voces repetere, quis non videt injuriam fieri vocibus, quæ plures habeant significationes, ab unâ saltem & alterâ interdumque minus usitata censerî? Meo igitur iudicio sufficit habere

1. primo, radicum enumerationem absolutam: secundò, earundem
2. propriam significationem: tertio, earundem significationes, quot-
3. cunque hæctenus à tribus ipsis lexicographis per quinquaginta an-
4. norum laborem inventæ sunt, secundarias, à primaria dependen-
5. tes: quarto, vocum derivatarum latinas significationes à tribus
6. prædictis autoribus annotatas omnes: quinto, omnia ab ipsis exem-
7. pla allata, & loca citata numeris: sexto, quem raphelengius adje-
7. cit indicem latinum, græcum & ebraicum, & quæ dominicus, itali-
7. co-latinum, & latino-italicum, tandemque arabicū non omittet:
7. septimo, hæc omnia, quæ sex voluminibus, 1258, quaternionibus
7. sunt impressa, & ultrà pretium centum florenorum excurrunt, uno

volu:

vo  
du  
dib  
ca  
cau  
fati  
sea  
der  
hic  
ara  
nim  
ma  
res  
om  
si e  
ori  
con  
gra  
ver  
fieri  
&  
sed  
inl  
& p  
in  
bus  
que  
æqu  
sacr  
abs  
nor  
gua  
bis  
Præ  
rum  
rim